chartilaginoſum,quodq; ſub cortice exte-
riore glandis circa fœtus carnem, quãob-
rem creditur fluxui muliebri ſanguiniſq;
reiectionibus,ac ſputamentis ſanguinis,&
torminibus, & uentris ueteribus fluxibus
conferre,præcipue coquendo ipſum utun-
tur,uehementior acerbitate, q̃ phagus &
ilex, uulnera pigmento recentia glutinat,
ut ſe quidã expertos tradũt Medici. Quer-
cus glandes manducatę abundans,largũq;
ſuggerunt corpori nutrimentum, eſt autẽ
ſeri meatus eius alimentum, craſſusq; ſuc-
cus,& difficulter concoquitur. Omnium
autem glandium caſtaneæ optimæ, ipſæ
nanq; inter agreſtes fructus nutrimentum
idoneum corpori præbent, uerum capiti
dolorem inuehunt,multoq; magis quàm
quæ iam dicta.

De incipientibus ab R.

RAmnus ãrefacit in ſecunda diſtantia, ῥάμνος
refrigerat autem in prima completa,
aut in ſecunda incipiente,unde etiam
herpetas medicatur,& ignes ſacros nõ ue-
hementer calidos.

Rhaphanus calefacit quidem in tertia ῥάφανος.
diſtantia,arefacit autem in ſecũda, eſt ſane

diſtrahendi potentiæ, ut uetera uiſum infe-
ſtantia & liuentia alia amoueat appoſita.
Tenuantis eſt potentię calefaciendo, Miror
Aetius inquit Aetius, nonnullos poſt cibum ipſos
rhaphanos manducare crudos, ut ipſi aiũt
quo melius concoquant, aiunt nanq; ſeſe
id expertos, at illos pleriq; imitati oblæſi
ſunt. Aqua ex raphano ſeu armoracia cal-
culos egerit.

Rhion, quidam uero rhaon uocant, mi-
xtæ potentiæ eſt acerbeſcentis, & caleſcen
tis, & partium tenuium, unde etiam fractu
ris, & ſpaſmatis, & orthopniis opitulatur
potũ, & hæmoptoicos, & cœliacos, & tor
minoſos iuuat, & impetigines, & pelioma
ta cum aceto inunctum medicatur.

ῥητίνη Rhetinæ, rheſinæ omnes inter quas eſt
maſtiche, arefaciunt & calefaciunt, diſtra-
hunt autem magis & minus, quatenus gu
ſtu acutæ fuerint, & potentia calidæ, ſimili
ter aliis qualitatibus magis & minus effi-
caces, ex ipſis lẽtiſcina maſtiche iudicatur.
Nominatur autem maſtiche, quod puſillũ
acerbitatis habeat, ut infirmitatibus ſtoma
chi, & uentris, & iecoris conueniat. Arefa-
cit ſecure, eſt nanq; tenuium in primis par-
tium, & neutiq; acuta, aliis autem pręcellit
terebinthus acerbitatẽ nõ habens ſimilem

maſtichæ, ſed diſtrahit magis q̃ maſtiche, & abſterget eouſq;, ut etiam ſcabiei medea tur, deq; profundo magis alijs rheſinis extrahat, quodq; tenuiũ magis partiũ eſt, habet quiddam etiam plus mollificans, quã maſtiche, aliæ aũt oẽs ſunt hac acutiores, magis, minuſue. Aridior aũt cunctis eſt ari da ipſius pinus, quam proprio nomine pi tyinum phyſema uocant. Vritur omnis rheſina humida, in quadruplo uaſe, iuxta infuſi humidi quantitatem. Pluuia in caca bo aqua ponitur, ut concoquatur, ad carbunculos mitigandos, ut perpetuo moueatur, quoad nullum habeat odorem, & be ne diſſecta, & intẽſa fuerit, ut digitis diffrin gatur, inde refrigeratam in uaſe collocato teſtaceo, ita nanq; tum demum euadit can didiſſima. Futuram rheſinam opus eſt in materiam perducere ſordem amouendo, in aqua uruntur rheſinæ quidem inde coctæ in prunis, totum diem mouentur con tinue quę cum uſtę fuerint tollis, et reponis ut dictum eſt. Sumitur etiam nidor, fuligoq; ex rheſina, ut de thure ſupra dictum eſt, utiliſq; eſt pulchritudini & ſupercilijs, lachrymantibusq;, & canthis oculorũ exe ſis, fricta autem rheſina utilis eſt ad malagmata bene olentia.

Roſæ uis ex eſſentia aquoſa calida remixtis duabus qualitatibus, acerbeſcenti, & amareſcenti conſtat, flos autem ipſarū adhuc magis acerbeſcit roſis, & ob hoc arefaciens.

Rhoa, mala punica, uel granata, acerbeſcentis participantia ſunt, potentię nō utiq; dominantis. Nonnulla uero ipſarum acida ſunt, ſicut aliqua dulcia, aliqua auſtera, de quibus iam dictū ſupra, ubi de pomis locuti ſumus. Vnum uero eſt, quod conjectare poſſumus habere ſuccum maiorē pomis, & piris, præterea guſtum illis amabiliorem. Sunt qui illa aliquando utiliora, ut in quibuſdā ita aduerſum humores quoſdam adhibeant ſtomachū uehementer ſcalpētes ſucco cū farina oblato, quemadmodum Hippocrates de cordis dolore iuſſit.

Acini. Acini autem malorum granatorum acerbiores ſunt ſucco, necnon aridiores, plus autem lemmata quę ſidia uocant alij, malocorium noſtri, quæ acinorum membranulæ ſunt, eandem prope habent, quā cytini uim.

Dioſ. li. 3. cap. 58.

Ruta agreſtis quidem in quarto eſt calefacientium ordine, & arefacientium, hortenſis autem tertij ordinis, eſtq; non ſolum acuta, uerū etiam amara, unde etiam ſecat

& diſtrahit craſſos & glutinoſos humores
perq; urinam educit. Tenuium utiq; par-
tium eſt citra inflationem,& ob hoc aduer
ſum inflationes ualet; uenerem cohercet,
quod admodum arefaciat, eſt nanq; inter
medicamina ualide arefacientia, Rufus au Rufus.
tem inquit, Agreſtis rutæ uis flagrans eſt,
& hulceroſa,præſertim ueſicæ,ideo poda-
gricum bibentes medicamen per agreſtem
rutam male afficiuntur, & qui amouerint
manifeſto iuuantur, bonum ſit articulari-
bus,ſi domeſtica non admiſceatur,licet eñ
minus,eſt tñ infeſta ueſicæ, Vtimur agreſti
ubi refrigerattonẽ tollere uelimus,ut aquã
intercutem,& ad uiperæ morſus, & myga
les, præſertim ſi fœta mygale fœmur mo-
morderit fœmenue. Aduerſatur idem po
tui papaueris ſucco, & contra aconitũ cũ
uino plurimum prodeſt. Ruta etiam hor
tenſis mitigat febrium ambitioſarum rhi-
gores,pota anteq̃; urgeat,necnon in colicis
doloribus pota,iniectaq;, & in ſuffocatio-
ne. Deuorata acuit uiſum, ob hoc picto-
res ea plurimum uſos fuiſſe proditum eſt,
quod acutius uelint ſpectare. Succum eius
ſi cum melle miſceas, tutum uiſus medica-
men feceris. Succurrit urinæ quoq; diffi-
cultatibus cũ oleo cocta,& ueſicæ inflam-

mationibus. Ilium dolori medetur, & diffi cultate inflatus laborantibus data cũ oxy melle, præſsntaneum remedium eſt. In le thargicis pota immiſſaq; per clyſtere mul tum prodeſt, etiam ſubacta cum roſaceo et aceto ungendo caput, ſoluit laterum labo res appoſita & immiſſa in corpus. Appoſi ta podagricis conuenit, & ubi genua intu muerint, cito ſuccurrit, lenitq; dolores. E ſcharas, hoc eſt, cruſtas & areſactas putredi nes à carbunculis celerrime amouet appo ſita cum melle, aut uuis paſſis.

ἐσχάρα

Rhus arbuſtea ſtirps eſt, rhu folium acer beſcit ac areſacit. Latine nautea, quaſi nau ſea, quod nauſeam gignat nominatur, hac utuntur coriarij, & Medicis fructus ipſe & ſuccus in uſum uenit, quę ſatis auſterę ſunt qualitatis, ſed areſacit in tertio ordine, refri gerat autem in ſecundo.

ῥύπος γυ μνασίων

Rypus, ſitus & ſordes à ſtatuis quæ in gymnaſijs, diſtrahendi uim habet & mol liendi phymata, quæ nõ ſunt cõcocta, & in palęſtris, quem patum uocant, quod pedi bus conculcetur. Præſtans medicamen eſt ardoris mammarum, ſuccenſiones nanq; ipſarum extinguit, & fluens corripit, & cir cumpræhenſum diſtrahit.

Rape Reubarbaru i ſuple. Ribes Ruta agreſtis i moly Rubea tinctor i erythrodano Roſmarus in libanotide

De inciſ